



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia De Actibus Humanis Excerptarum

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Conferentia XLI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41214

dubitatur, an dispensatio facta à Papa sit valida: vel an causa in dispensatione expressa sit *finalis*, ita ut sine illa non concederetur dispensatio; an vero sit tantum causa *impulsiva*; presumendum est dispensationem esse *validam*; & causam illam fuisse *impulsivam*; Ita probabilissime docent *Sanch. l. 8. Matrim. Disp. 21. n. 20. Sanctorel. Castrop. & alii.* Ratio autem est: Quia in re dubia judicandum est in favorem valoris actus, ut potius valeat, quam pereat; siquidem presumptio prævalet in eo dubio possessioni legis contrariæ. Item in dubio, an peccatum, aut casus aliquis sit reservatus, præsumitur non reservatus: adeoque potest absolviri a confessario approbato quocunque; quia reservatio est odiosa & strictè interpretanda in favorem Pœnitentis & confessarii. Ita *Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. c. 5. n. 15. Sanch. Filliat. & alii apud Patrit. n. 91.* Item in dubio, an excommunicatio vel censura aliqua, privatio vel inhabilitas sit latæ sententiæ ipso facto incurenda, an vero sententiæ ferendæ, presumendum est esse tantum sententiæ ferendæ: quia iterum odia sunt restringenda. Ita ex communior. Avila. Koninck. Dian. Denique in dubio, an sis legitimè natus, nisi evidenter demonstretur, non teneris sequi sententiam tutorem, sed potes sequi mitiorem præsumendo te legitimè natum, saltem in materia justitiae in audeunda hæreditate. Ex *l. filii ff. de his, qui sui vel alieni juris sunt.* Docet communis. Ex Patrit. cit.

CONFERTIA XLI.

Dubitas, an heri vesperas omiseris: an cogitationi veneræ consenseris, &c. An te-nearia

nearis id hodie ante missam confiteri? R^e. affirmatur cum pluribus contra multos. Probatur autem validè. I. Ex universali omnium fidelium consensu, & praxi in lege nova, cuius initium ignoratur. II. Ex Conc. Trid. ab Adversariis allegato, quod potius nostræ quam ipsorum sententia expressè favet, ait enim: oportet à pénitentibus omnia peccata mortalia, quam post diligentem sui dismissionem conscientiam habent, in confessione recensentur etiam occultissima illa sint. Et subdit. Nam venialia, quibus à gratia Dei non excludimur, quamvis utiliter in confessione dicantur, taceri tamen circa cappam, multisque aliis remedii expiari possunt. Ecce! Concilium à necessario confitendis solum excludit peccata venialia, & ea mortalia, quæ post diligentem excussum non occurunt; ergo peccata mortalia dubia, quæ post diligentem suadmissionem memorie occurunt, non excludit; consequenter vult necessariò confitenda. Deinde concilium à necessariò confitendis excludit venialia; ob hanc rationem, quia per ea non excludimur à gratia Dei: sed per peccata mortalia dubia (supposito quod revera commissa essent) reverti excluderemur à gratia Dei: ergo hæc non excludit à necessaria confessione.

CONFERTIA XLII.

56. **U**t etiam de *Maleficio dubio* aliquam mentionem faciamus, quæstio est non rara, ad liceat adhibere medium aliquod, ad causandum aliquem effectum, v. g. febrim vel alium morbum curandum, quando dubitatur, an medium il-